

*Immergitur aquæ numisma seu reliquarium S. Ignatii, et immersum tenetur usque ad finem hujus Orationis :*

Bene † dic, Domine, hanc aquam, ut sit remedium salutare generi humano; et per intercessionem beati Ignatii, cujus numisma (*vel reliquiæ*) in eam immergitur (*vel immerguntur*), præsta, ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem et animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. — R̄. Amen.

*Educitur ex aqua numisma seu reliquarium.*

OREMUS. — Deus, qui ad majorem tui nominis gloriam propagandam novo per beatum Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti, concede, ut ejus auxilio et imitatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cœlis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui, etc. — R̄. Amen.

## II

## FORMULES DE RÉCEPTION DANS LES CONFRÉRIES.

## 22. — Benedictio et impositio scapularis sanctissimæ Trinitatis.

PROPRIA ORDINIS SS. TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM<sup>1</sup>.

*Sacerdos indutus superpelliceo et stola albi coloris dicit :*

ÿ. Adjutorium nostrum, etc. — R̄. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum, — R̄. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es : obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti, quod sancti Patres ad innocentiae et humilitatis indicium abrenuntiantes sæculo ferre sanxerunt, tu ita bene † dicere digneris, ut hic famulus tuus (*vel hæc famula tua*) N., qui (*vel quæ*) hoc indutus (*vel induta*) fuerit vestimento, te quoque induere mereatur. Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. — R̄. Amen.

*Postea aspergit aqua benedicta.*

MODUS IMPONENDI DICTUM SCAPULARE.

ÿ. Adjutorium nostrum, etc. — R̄. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum, — R̄. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Adesto, Domine, supplicationibus nostris : ut hunc famulum tuum (*vel hanc famulam tuam*), cui in tuo

<sup>1</sup> Voyez t. I, p. 342, et t. II, p. 108, où l'on trouvera à qui s'adresser pour obtenir ces pouvoirs. Voir plus loin, n° 44, une formule de demande.

nomine habitum Religionis sanctissimæ Trinitatis imponimus, tu ita bene † dicere digneris, ut te largiente devotus (*vel devota*) persistat, et vitam consequi mereatur æternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, etc. — R. Amen.

*Nunc imponitur sacrum scapulare a sacerdote dicente :*

Accipe habitum sanctissimæ Trinitatis in augmentum fidei, spei et charitatis : in nomine Patris, et Filii, † et Spiritus sancti.

R. Amen.

V. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Omnipotens sempiternæ Deus, qui dedisti famulo tuo (*vel famulæ tuæ*) in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem : quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniatur adversis.

Deus, qui per sanctos Joannem et Felicem Ordinem sanctissimæ Trinitatis, ad redimendum de potestate Saracenorum captivos, cœlitus instituere dignatus es : præsta, quæsumus, ut eorum suffragantibus meritis, a captivitate corporis et animæ, te adjuvante, liberetur hic famulus tuus (*vel hæc famula tua*). Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

Suscipiat te sanctissima Trinitas in numerum confratrum consororumque Confraternitatis nostræ : et licet te indigni suscipimus, in orationibus tamen nostris precamur, ut tibi sanctissima Trinitas concedat tempus bene vivendi, constantiam perseverandi ; et sicut nos hodie fraterna caritas spiritualiter jungit in terris, ita divina pietas, quæ dilectionis est auctrix et amatrix, nos cum fidelibus suis conjungere dignetur in cœlis. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

*Datur benedictio dicendo :* Pax et benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii †, et Spiritus † sancti, descendat super te (*vel super vos*), et maneat semper. — R. Amen.

N. B. — Pour pouvoir gagner les Indulgences, il est nécessaire que les noms de ceux qui ont été reçus dans la confrérie, soient inscrits dans le registre, ou envoyés là où il y a une confrérie canoniquement érigée (voir t. II, p. 76).

23. — *Benedictio habitus, ac receptio confratrum B. Mariæ Virginis de monte Carmelo.*

PROPRIA ORDINIS CARMELITARUM<sup>1</sup>.

*Sodalitati huic nomen daturus, ipso die ad pœnitentiæ atque Eucharistiæ Sacramenta accedat, ut plenariam Indulgentiam a Paulo V concessam lucrari valeat.*

*Si fieri potest, scapulare benedicendum est ad altare beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, duobus cereis accensis.*

*Sacerdos superpellicem induat una cum stola albi coloris.*

*Genuflexo, qui habitum recipit, sacerdos stans dicat :*

Suscipimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui : secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ : justitia plena est dextera tua.

Kyrie, eleison. — Christe, eleison. — Kyrie, eleison. — Pater noster, etc., *secreto*.

V. Et ne nos inducas, etc., — R. Sed libera, etc.

V. Salvum fac servum tuum (*vel salvam fac famulam tuam*),

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto,

R. Et de Sion tuere eum (*vel eam*).

V. Nihil proficiat inimicus in eo (*vel ea*),

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine, exaudi, etc. — R. Et clamor meus, etc.

V. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Suscipiat te Christus in numero fidelium suorum, et nos, licet indigni, te suscipimus in orationibus nostris. Concedat tibi Deus per Unigenitum suum, Mediatorem Dei et hominum, tempus bene vivendi, locum bene agendi, constantiam bene perseverandi, et ad æternæ vitæ hæreditatem feliciter perveniendi ; et sicut nos hodie fraterna caritas spiritualiter jungit in terris, ita divina pietas, quæ dilectionis est auctrix et amatrix, nos cum fidelibus suis conjungere dignetur in cœlis. Per eundem Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

1. Voyez t. I, p. 343, et t. II, p. 250. Pour obtenir ces pouvoirs, voir les indications, t. II, p. 249, note 1. Formule pour cette demande, plus loin, n° 44.

Ÿ. Adjutorium nostrum, etc. — R. Qui fecit, etc.

Ÿ. Sit nomen Domini benedictum, — R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Ÿ. Domine, exaudi, etc. — R. Et clamor meus, etc.

Ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Æterne Pater et omnipotens Deus, qui Unigenitum tuum vestem nostræ mortalitatis induere voluisti : obsecramus, immensam tuæ largitatis bene † dictionem in hoc genus effluere vestimenti, quod sancti Patres ad innocentiam et humilitatis indicium a renuntiantibus sæculo gestari sanxerunt, et sic ipsum bene † dicere digneris, ut quicumque eo usus fuerit, induere mereatur ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. — R. Amen.

OREMUS. — Suppliciter te, Domine, rogamus, ut super hunc habitum servo tuo (vel ancillæ tuæ) imponendum bene † dictio tua benigna descendat, ut sit bene † dictus, atque divina virtute procul pellantur hostium nostrorum visibilium et invisibilium tela nequissima. — R. Amen.

*Aspergat habitum aqua benedicta, et imponendo dicat :*

Accipe, vir devote (vel devota mulier)<sup>1</sup>, hunc habitum benedictum : precans sanctissimam Virginem, ut ejus meritis illum perferas sine macula, et te ab omni adversitate defendat, atque ad vitam perducat æternam. — R. Amen.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hunc famulum tuum (vel hanc ancillam tuam), quem (vel quam) Sodalitati sanctæ Religionis Carmelitarum sociamus, perpetua tribue firmitate corroborari, ut perseveranti proposito, in omni sanctitate tibi valeat famulari.

Protege, Domine, famulum tuum (vel ancillam tuam) subsidiis pacis, et beatæ Mariæ semper Virginis patrocinii confidentem a cunctis hostibus redde securum (vel securam).

1. Quand plusieurs personnes des deux sexes doivent recevoir le scapulaire, on doit, si la chose est commode, séparer les hommes et les femmes, faire l'admission séparément, et, dès lors, dire d'abord : *Accipite, viri devoti*, puis : *Accipite, devotæ mulieres* ; autrement, on emploie la formule plus courte que nous donnons au numéro 24, et l'on dit simplement : *Accipite hunc habitum*, etc. Ainsi l'a déclaré la Sacrée Congrégation des Indulgences, le 18 juin 1898. (*Acta S. Sed.*, XXX, 748, v). Voir t. I, pp. 545 et 546.

Bene † dicat te Conditor cœli et terræ, Deus omnipotens, qui te eligere dignatus est ad beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo Societatem et Confraternitatem : quam precamur, ut in hora obitus tui conterat caput serpentis, qui tibi est adversarius : et tandem tamquam victor palmam et coronam sempiternæ hæreditatis consequaris. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

*Si autem habitus solum sit benedicendus, incipitur a Ÿ. Adjutorium nostrum, usque ad orationem Suppliciter inclusive.*

*Deinde aspergat confratrem aqua benedicta, et subjungat :*

Ego auctoritate, qua fungor, et mihi concessa, recipio te ad Confraternitatem sacræ Religionis Carmelitarum, et investio, ac participem te facio omnium bonorum spiritualium ejusdem Ordinis. In nomine Patris, et Fi † lii, et Spiritus sancti. — R. Amen.

*(Si plures sint habitu induendi, preces prædictæ dicantur suis locis in plurali).*

*His expletis, describatur confratris nomen in codice Confraternitatis<sup>1</sup>, et paucis, sed efficacioribus verbis sacerdos eum adhortetur ad caute, pie, sancteque vivendum, ne Deiparam offendant, quam in posterum peculiari devotionis obsequio et affectu colere ac veluti singularem ac dulcissimam Matrem prosequi fas erit.*

#### 24. — Formula (brevior) benedicendi et imponendi scapulare B. M. V. de Monte Carmelo

*ab omnibus adhibenda sacerdotibus facultatem habentibus adscribendi Christifideles Confraternitati ejusdem Scapularis<sup>2</sup>.*

Ÿ. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, — R. Et salutare tuum da nobis.

Ÿ. Domine, exaudi..., — Ÿ. Dominus vobiscum, etc.

1. Cette inscription des noms (et respectivement leur envoi), est nécessaire pour le gain des Indulgences (voir t. II, p. 76).

2. Cette formule abrégée pour la bénédiction et l'imposition du scapulaire du Carmel a été approuvée par la Sacrée Congrégation des Rites (décret du 24 juillet 1888 : *Acta S. Sedis*, XXI, 433). Malgré ces mots : *ab*

OREMUS. — Domine Jesu Christe, humani generis Salvator, hunc habitum, quem propter tuum tuæque Genitricis Virginis Mariæ de Monte Carmelo amorem servus tuus devote est delaturus, dextera tua sancti † fica, ut eadem Genitrice tua intercedente, ab hoste maligno defensus in tua gratia usque ad mortem perseveret : Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. — R. Amen.

*Deinde aspergat aqua benedicta habitum et postea ipsum imponat dicens :*

Accipe hunc habitum benedictum, precans Sanctissimam Virginem, ut ejus meritis illum perferas sine macula, teque ab omni adversitate defendat et ad vitam perducatur æternam. Amen.

*Deinde dicat :*

Ego, ex potestate mihi concessa, recipio te ad participationem omnium bonorum spiritualium quæ, cooperante misericordia Jesu Christi, a Religiosis de Monte Carmelo peraguntur. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Bene † dicat te Conditor cœli et terræ Deus omnipotens, qui te cooptare dignatus est in confraternitatem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quam exoramus, ut in hora obitus tui conterat caput serpentis antiqui; atque palmam et coronam sempiternæ hæreditatis tandem consequaris. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

*Aspergat aqua benedicta<sup>1</sup>.*

*omnibus adhibenda sacerdotibus, tout prêtre qui a le pouvoir d'admettre dans cette confrérie, est libre d'employer la formule abrégée ou la formule plus longue qui précède. Toutes deux sont dans l'appendice du Rituel romain et dans la feuille de pouvoirs délivrée par le Général des Carmes (voir t. I, p. 543). Dans la dernière édition de cette feuille de pouvoirs, on fait cette remarque : Quamvis hæc formula brevior valide semper adhiberi possit, non expedit tamen ea uti, nisi quando ob fidelium concursum tempus non suppetat utendi longiore.*

1. Sur la nécessité d'inscrire les noms, voir t. II, p. 76; pour la formule de demande du pouvoir de bénir et imposer ce scapulaire, voir ci-dessus la note à n° 23.

25. — Benedictio scapularis nigri et rosarii seu coronæ septem Dolorum B. M. V.

PROPRIA ORDINIS SERVORUM B. M. V.<sup>1</sup>.

*Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus dicat :*

ÿ. Adjutorium nostrum..., R. Qui fecit...

ÿ. Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Omnipotens sempiternæ Deus, qui morte Unigeniti tui mundum collapsum restaurare dignatus es, ut nos a morte æterna liberares, et ad gaudia regni cœlestis perduceres; respice, quæsumus, super hanc familiam servorum tuorum in nomine beatissimæ Virginis septem Doloribus sauciæ congregatam, de cujus gremio hic famulus tuus (*vel hæc famula tua*) esse cupit (*vel hi famuli tui esse cupiunt*), ut augeatur numerus tibi fideliter servientium, et omnibus sæculi et carnis perturbationibus liberatus (*vel liberata, seu liberati*), et a laqueis diaboli securus (*vel securo, seu securi*), intercessionem ejusdem beatæ Mariæ Virginis, beatorum Augustini et Philippi ac septem nostrorum beatorum Patrum Ordinis Fundatorum, vera gaudia possideat (*vel possideant*). Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

*Conversus ad habitum super altare positum, sacerdos dicit :*

OREMUS. — Domine Jesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es : obsecramus immensam largitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod sancti Patres nostri ad innocentiam humilitatisque indicium in memoriam septem Dolorum beatæ Virginis Mariæ nos ferre sanxerunt, ita bene † dicere digneris, ut qui (*vel quæ*) illis fuerit indutus (*vel induta, seu fuerint induti*), corpore pariter et animo induat (*seu induant*) te Salvatorem nostrum. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. — R. Amen.

*Aspergit habitum aqua benedicta, dicens :* Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor.

1. Voir t. I, p. 544, et t. II, p. 280 et suiv. Voir plus loin, n° 44, une formule pour demander ces pouvoirs.

BÉNÉDICTION DES COURONNES DES SEPT-DOULEURS<sup>1</sup>.

*Deinde benedicat rosarium septem Dolorum B. M. V., dicens :*

Ÿ. Adjutorium nostrum... — R. Qui fecit...

R. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Omnipotens et misericors Deus, qui propter nimiam charitatem, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, pro redemptione nostra de cœlis ad terram descendere, carnem suscipere et crucis tormentum subire voluisti : obsecramus immensam clementiam tuam, ut hanc coronam, in memoriam septem Dolorum Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fidei dicatam bene † dicas et sancti † fices, et ei tantam Spiritus sancti virtutem infundas, ut quicumque eam recitaverit, ac secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc sæculo liberetur, et in exitu suo a beatissima Virgine Maria tibi bonis operibus coronatus præsentari mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

*Deinde sacerdos aspergat coronam aqua benedicta<sup>2</sup>.*

*Sacerdos imponit habitum et cuilibet coram se genuflexo dicit :*

Accipe, carissime frater (*vel* carissima soror), habitum Beatæ Mariæ Virginis, singulare signum servorum suorum, in memoriam septem Dolorum, quos in vita et morte unigeniti Filii sui sustinuit, ut ita indutus (*vel* induta) sub ejus patrocinio perpetuo vivas. — R. Amen.

*Reddit rosarium dicens :*

Accipe coronam Beatæ Mariæ Virginis in memoriam septem Dolorum suorum contextam, ut dum eam ore laudaveris, ejus pœnas toto corde compatiaris. Amen.

*Hortatur adscriptum, ut regulas observet ad sacras Indulgentias assequendas ; denique datur benedictio :*

1. Voir t. I, p. 509, et t. II, p. 280. — Les couronnes ou chapelets des Sept-Douleurs peuvent être bénits avec cette formule, indépendamment de la réception dans la confrérie.

2. S'il ne s'agit que de bénir la couronne ou le chapelet, on omet ce qui suit : *Accipe, carissime*, l'on remet immédiatement le chapelet en disant : « Accipe coronam », etc., avec la bénédiction : *Pax et benedictio Dei omnipotentis*, etc., comme ci-dessus.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Fi † li, et Spiritus sancti, descendat super te (*vel* super vos) et maneat semper. Amen.

(Ici, dans le formulaire du Général des Servites, vient une remarque sur la nécessité de faire inscrire les noms dans le registre de la confrérie : nous en avons parlé plus haut, tome II, p. 281.)

26. — Formula benedicendi et imponendi quatuor scapularia<sup>1</sup> SS. Trinitatis, Passionis D. N. J. C., Immaculatæ Conceptionis ac septem Dolorum B. M. V.

PRO SACERDOTIBUS CONG. SS. REDEMPTORIS.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

R. Qui fecit cœlum et terram.

Ÿ. Domine, exaudi, etc., — R. Et clamor meus, etc.

R. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, omnium caput fidelium, et humani generis Salvator, qui tegmen nostræ mortalitatis induere dignatus es : obsecramus immensam largitatis tuæ abundantiam, ut indumenta hæc in obsequium SS. Trinitatis instituta, nec non in honorem et memoriam dolorosissimæ Passionis tuæ, in honorem beatissimæ Virginis Matris tuæ sine labe conceptæ, doloresque tuos ac vices peramanter dolentis ita bene † dicere et sancti † ficare digneris, ut qui (*vel* quæ) ea assumpserint, eadem Genitrice tua intercedente, te quoque Salutare nostrum, corpore et anima induere mereantur : qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. — R. Amen.

*Sacerdos aspergat aqua benedicta.*

MODUS INDUENDI.

*Sacerdos omnibus scapularia singillatim imponat, ac deinde formulam proferat supra omnes simul.*

1. Cette formule (générale), plus courte, ne peut être employée que par ceux qui ont reçu du Saint-Siège une autorisation spéciale (voir t. I, p. 350, d). — Celui qui n'est autorisé à employer la formule abrégée que pour deux ou trois des scapulaires désignés dans le formulaire, peut facilement omettre les termes qui se rapportent aux scapulaires pour lesquels il n'a pas de pouvoirs. — Voir plus loin, n° 43, une formule pour demander ces pouvoirs.

1. Accipite habitum Ordinis SS. Trinitatis in fidei, spei, et charitatis augmentum, ut induatis novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate.

2. Accipite scapulare Passionis Domini nostri Jesu Christi, ut veterem hominem exuti novumque induti, ipsum digne perfectis, et ad vitam perveniatis sempiternam.

3. Accipite scapulare devotorum B. Mariæ Virginis sine labe conceptæ, ut ejus intercessionem ab omni inquinamento mundati, ad vitam perveniatis æternam.

4. Accipite habitum Servorum B. Mariæ Virginis septem Dolores ejus devote recolentium, ut dolores ipsos assidue recogitantes, Passionem Domini nostri Jesu Christi in corde et corpore vestro impressam jugiter teneatis.

Ego, ex facultate apostolica mihi delegata, recipio vos in participationem honorum spiritualium et indulgentiarum, quibus prædicti Ordines seu Congregationes pollent. In nomine † Patris, et † Filii, et Spiritus † Sancti. Amen.

ÿ. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus, sperantes in te.

ÿ. Mitte eis auxilium de Sancto,

℞. Et de Sion tuere eos.

ÿ. Esto eis, Domine, turris fortitudinis,

℞. A facie inimici.

ÿ. Nil proficiat inimicus in eis,

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

ÿ. Domine, exaudi...

ÿ. Dominus vobiscum, etc.

OREMUS. — Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et quibus in tuo nomine sacros habitus imposuimus, ita bene † dicere digneris, ut tuæ gratiæ cooperantes, vitam consequi mereantur æternam. Per Christum Dominum nostrum. — ℞. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, † Patris, et † Filii, et Spiritus † sancti descendat super vos et maneat semper. Amen.

*Formula recitetur numero singulari, si uni tantum personæ sint scapularia imponenda*<sup>1</sup>.

1. L'inscription (respectivement l'envoi) des noms est nécessaire pour le gain des Indulgences, pour les scapulaires de la très sainte Trinité et des Sept-Douleurs; plus récemment, on l'a demandée pour le scapulaire bleu de l'Immaculée-Conception (voir cependant t. I, pp. 562 et 563).

Dans la plupart des confréries, la réception solennelle de nouveaux membres se fait d'après une formule déterminée, qui se trouve dans les différents manuels des confréries ou dans les billets d'admission; mais cette réception ne sert, en règle générale, qu'à rehausser la solennité; elle n'est point nécessaire pour la validité de l'acte de réception; il suffit le plus souvent d'une notification extérieure quelconque de la réception, comme il a été expliqué plus haut, t. II, pp. 71 et 72: et dans les confréries *proprement dites*, il faut avant tout l'inscription dans le registre de la congrégation: aussi plusieurs confréries n'exigent-elles pas d'autre formalité pour la réception (*l. c.*, p. 77). Pour les confréries des scapulaires, il a été déclaré à plusieurs reprises qu'il est nécessaire de prononcer les paroles qui, dans la formule usitée, signifient la bénédiction et l'imposition du scapulaire, ainsi que la réception dans la confrérie (voir t. I, p. 543, et t. II, p. 74). Qu'on s'en tienne donc au mode de réception en usage dans chaque confrérie. A défaut d'une formule déterminée, prescrite ou usitée, on peut employer celle qui suit:

27. — *Formula ad libitum adhibenda in receptione solemnī in quamlibet confraternitatem.*

Ceux qui désirent être admis, se mettent à genoux, un cierge à la main, devant le banc de communion; le prêtre autorisé, en surplis et en étole, récite le *Veni Creator* (p. [20]) avec l'oraison *Deus qui corda fidelium*; puis se tournant vers ceux qu'il veut admettre, il dit:

*Auctoritate mihi concessa, ego te (vos) recipio et adscribo Confraternitati (SS. Sacramenti, vel SS. Cordis, etc.), teque participem (vosque participes) facio omnium gratiarum, Indulgentiarum, privilegiorum, bonorumque spiritualium ejusdem Confraternitatis, in nomine Patris, et Filii † et Spiritus Sancti. Amen.*

Après quoi l'on récite ou l'on chante le *Te Deum* avec le verset et l'oraison (p. [23, 24]) et l'on inscrit les nouveaux membres sur les listes de l'association.

La réception dans la confrérie du Rosaire est suivie ordinairement de la bénédiction des chapelets et des cierges destinés

aux nouveaux membres (voir ci-dessus, p. [11], n<sup>o</sup> 4, p. [12], n<sup>o</sup> 5.)

La réception dans la confrérie du Très-Saint-Sacrement est précédée souvent de la profession de foi à la présence réelle de Jésus-Christ au Très-Saint Sacrement, etc.

FORMULES POUR L'INDULGENCE DE LA BONNE MORT,  
LA BÉNÉDICTION PAPALE ET L'ABSOLUTION GÉNÉRALE.

28. — Ritus benedictionis apostolicæ in articulo mortis  
a sacerdotibus ad id delegatis impertiendæ<sup>1</sup>.

1. *Benedictio in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiamsi postea lingue ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.*

2. *Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui, etc., ac deinde ægrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta dicendo Antiphonam: Asperges me, etc<sup>2</sup>.*

3. *Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficaciam ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat atque hortetur,*

1. Pour demander le pouvoir de donner cette bénédiction, voir t. I, p. 667. — Le pape Léon XIII, par son bref *Quo universi*, du 7 juillet 1882, a prescrit d'une manière universelle l'emploi de cette formule. Par conséquent, les formules en usage jusqu'ici dans les différents Ordres et Congrégations pour l'absolution générale *in articulo mortis* sont désormais toutes interdites, sous peine de nullité. Il est seulement permis aux religieux d'introduire le nom de leur fondateur d'Ordre dans le *Confiteor* de la formule donnée plus haut (voir t. I, p. 664 et p. 675 et suiv.).

2. Il va de soi, croyons-nous, que le salut *Pax huic domui* avec l'*Asperges me*, doit s'omettre s'il a été dit déjà, immédiatement avant l'administration du saint Viatique ou de l'Extrême-Onction.